



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 35. Lutheri Epistola ad Georgium Saxoniae Ducem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

nitebatur. Hoc Erasmi opus justum vo-
lumen efficit, ac potissima illius pars po-
tius personam Lutheri, quam doctri-
næ summam tangit, nec novum quid
hac in re exhibet; nihilominus Luthe-
rus neutram hyperaspistis partem con-
futare est ausus.

Sæcul. XVI.

A.C. 1526.

§. XXXV.

*Lutheri epistola ad Georgium Sa-
xonice Ducem.*

Sub idem tempus Lutherus datis lite-
ris Georgium Saxonie Ducem indu-
cere conabatur, ut ementitum Evan-
gelium in sua ditione prædicari permit-
teret, *quamvis*, scripsit Lutherus, *Illustris-
sima Clementia vestra non velit credere
doctrinam meam esse verbum Dei, nihilomi-
nus neque vestra Clementia, nec ullus homi-
num doctrinam meam extinguet, aut impe-
diet: oportet eam progredi, sicut & hæc-
tenus fecit. Id unum doleo, quod videre de-
beam, quomodo illustrissima Clementia ve-
stra tam horrendè impingat in lapidem an-
gularem Christum: cum Deus alioquin tibi
multas bonas virtutes, & proprietates aliis
in rebus dederit. Oro & subjicio me, ac
gratiam quero, ubicunque Clementiam ve-
stram offendi sive scriptis, sive verbis . . .
Remitto item ex corde omnia, quæcunque
Ill. Clementia vestra contra me egit, solum-
modo*

Cochl. l. cit.

p. 126. &

p. 127.

Sæcul. XVI. modo emoliri se sinat in hoc uno articulo, ut
 A. C. 1526. verbum Christi, quod per me in lucem venit,
liberum sit, de quo abs dubio gaudebunt omnes Angeli in cælo. Ad hæc Georgius Luthero respondit, in hæc verba: *Afirmare tibi possumus, nobis Evangelium tuum curæ parum esse, cum sit a Capitibus Christianitatis pro reprobo iudicatum. Id unum curavimus, ut, ne a nostris acceptaretur, pro viribus præcaveremus. . . . Tu nos admones mortis, cuius certi sumus, quid autem fieret, si tuum amplexi Evangelium moreremur? Nonne Deus dicere posset: Unde hic, qui novum Evangelium cum tot fructibus malis secum affert? nonne dixi tibi, ut arborem ex fructibus cognoscas, noti sunt mali fructus inde producti. Ex tua doctrina hæreses renovantur, omnis Dei cultus aboletur. Quando plura facta sunt sacrilegia, rebelliones, deprædationes sacrarum domuum, rapinæ ac furta, apostasia, & adulteria, nisi post productum Evangelium tuum? Serva tu Luthere Evangelium tuum, nos permanebimus apud Evangelium Christi, sicut recipit illa Ecclesia Catholica, & servat; id quod Deus nos adjuvet. . . . Tibi suspecti sumus tanquam adulationibus circumdati, tu adulatores quærito iis in locis, ubi te vocant Prophetam, Apostolum Germanorum, & Evangelistam; hic certe adulatorem non reperiēs. „ Tu „ vero ad saniora redi consilia, & quantum*

„ tum in te est, extrema, quæ Eccle- Sæcul XVI.
 „ siæ intulisti, ac singulis diebus eidem A C. 1526.
 „ infers, mala reparare fatage. „

§. XXXVI.

*Epistola Lutheri Angliæ Regem ad
 hæresin in regnum inducendam
 sollicitantis.*

Nec prospero magis successu Angliæ Regem ad sua studia pertrahere nitentur Lutherus. Non deerant, qui eidem spem facerent, fore, ut iratum Regem facile placare, imo ad suam quoque sectam allicere posset; quocirca epistolam ad eundem pericripfit, submissione atque adulatione plenam. Inter alia sic Regem interpellavit; *Inter oper. Luth. ep ad Reg. Angliæ tom. 2 fol. 92. Cochl. l. c. p. 132. 135.*
his literis prosterno me pedibus Majestatis tuæ, & quantum possum humillime per Crucem Christi veniam rogo, in quibuscunque Majestatem tuam læsi. Dein si Majestati tuæ non videbitur contemnendum, ut alio libello publico Palinodiam cantem, faciam illud libentissime.

§. XXXVII.

Accerrimum Regis Angliæ responsum.

Regis Angliæ responsum ad Lutherum expectatione sua longe acerbius est. *Cochl. l. c. 136 & 137.*
Hist. Eccles. Tom. XXXV. F rat;